



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Brevis Expositio Propositionum Damnatarum

Didacus <ab Aragonia>

Venetiis, 1728

Legatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42653

simul, & corde celebrandum, & invocandum est ; dicamus igitur cum Ecclesia humiliter : Dignare me, laudare te, Virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos.

L E G A T U M .

387. **Q**Uæritur. An sit verum, quod legatum annum pro anima relictum non duret plus, quam per decem annos?

Resp. Esse falsum, & expressè damnatum assierere, quod legatum annum à fideili pro sua anima relictum duret solum per decem annos, ut constat ex propos. 43 inter damnatas ab Alexand. VII. ratio est, quia si talis opinio niteretur solido fundamento, proculdubio sequeretur, anima ultra decennium non detineri in Purgatorio quod est erroneum cum certum sit, per s. 20. 50. vel plures annos ibi detineri, nam juxta culparum gravitatem aliæ diurna, aliæque diuturnissima puniuntur poena, ut constat ex pluribus revelationibus, & Ecclesiasticis historiis, plures animas diutius in eo carcere detineri; deinde ex usu Ecclesiæ celebrantis anniversaria pro defunctis per saecula constat, incertum esse, an ibi animæ post poenas saeculares adæquatè satisfecerint divinæ iustitiæ, eo quod iudicia Dei sunt occulta, & abyssus multus; idcirco licet aliquando prodesset non possit testatori legatum annum, vel quia adæquatè satisfecerit, vel quia de potentia Dei absolute statim, ante completum decenium e Purgatorio ad Cœlum evolaverit, vel quia in gehennam detrusus est, sufficit, quod

can-
deſta-
te ,
ntra
quod ignoretur, an suffragiis indigeat, ut
legatum sit ei debitum ex iustitia, quod si
non indigeat, mens testatoris fuit, ut le-
gato satisficeret, ad hoc ut possint ea suffra-
gia aliis animabus prodefesse.

388. Quæritur. An annum legatum pro
anima relictum possit aliquando cessare?

Resp. Affirmativè, si relictum fuit ad
tempus determinatum, puta 20. vel 30. an-
norum, elapsò eo tempore legatum cessa-
bit, vel si res legata periiit absque culpa
legatarii, ut si res relicta in specie con-
sumpta iam fuit.

389. Quæritur. An hæres, vel alii exe-
cutores legatorum negligentes, aut longo
tempore differentes implere pia legata à
defuncto relicta pro anima sua, peccent
mortaliter?

Resp. Affirmativè, ratio est, quia iniu-
stè inferunt defuncto damnum notabile,
nam pro tempore, quo executio differtur,
ejus anima privatur suffragiis, quibus su-
sublevaretur à pœnis Purgatorii, ideo non
debet executor sine iusta causa executio-
nem multum differe, justa autem causa dif-
ferendi aliquandiù potest esse, si sit spes
vendendi res defuncti majori pretio, ut sic
majores eleemosynæ in subsidium animæ
adhiberi possint; verum id ex D. Thom. li-
citè fit in mora solùm modici temporis, in
qua non videtur magnum periculum, vel
detrimentum.

L E X.

390. Q Uæritur . An populus peccet ,
si absque ulla causa non recipiat
legem à Principe promulgatam?

I 2 Resp.